

KVSA VERTAALPRYS / CASA TRANSLATION PRIZE

The CASA translation competition is sponsored annually for the best student translation from, or into, either Latin or Classical Greek.

‘A NEW GENERATION OF AMERICANS’ — J F KENNEDY [PRESIDENTIAL INAUGURAL, 20TH JANUARY 1961]

Ursula Westwood (University of Cape Town)

Introduction

This speech by John F Kennedy was made in a very different nation and time from our own. Nevertheless, many of his calls resonate today, both in the increasingly inter-connected world, and here, in South Africa: the call for unity, and not domination; the emphasis on liberty and the fight against ‘tyranny, poverty, disease and war itself’ — four evils terribly present in our wider African community, as well as our own. Reading this speech here, today, demonstrates that Kennedy was right to say that ‘All this will not be finished in the first 100 days. Nor will it be finished in the first 1,000 days, nor in the life of this Administration, nor even perhaps in our lifetime on this planet’. The final call, of ‘Ask not what your country can do for you — ask what you can do for your country’ is one that needs to be heard in South Africa today — where we are faced with such enormous challenges in education, health and economics that often the response of the nation to this feeling of helplessness is an attack on our government, which so often has failed to provide. Indeed, such attacks are regularly justified. But the call found in this speech is to recognise the role that we play in the struggle against these immense difficulties, and to take responsibility for our own country. This is why this speech was chosen.

The intention behind this translation exercise was to practice writing Ciceronian Latin, and, while much of the content in Kennedy’s speech is alien to Cicero’s Rome, many of the ideas are not, and his style is undoubtedly Ciceronian. The challenge in translation is mostly found in the need to transform English abstracts into Latin concretes, as well as in the attempt to find the right Latin equivalent for specific English terms — naturally a political party becomes a *factio*, but others are not so clear. I have called the Communists *Communistae*, since there is no Roman equivalent, and indeed the term is already rooted in Latin. A final challenge was to use Ciceronian word order leading to rhetorical devices such as chiasmus, anaphora, alliteration and emphatic positioning, while still keeping the meaning clear. Overall it is remarkable how easily a few passages fitted into a Latin idiom, which in itself reflects the profound influence Latin has had on English rhetoric and style.

Kennedy: Proles nova Americanorum

Hodie adspectamus non factionis victoriam at celebrationem libertatis, non tamen finem sed etiam principium, non tamen instaurationem sed etiam mutationem. Nam idem ius iurandum imperatum a nostris progenitoribus abhinc ferme centum septuaginta quinque annis ante vos atque Deum Omnipotentem iam iuravi ego.

Mundus nunc alius. Mortalibus manibus potest homo hominum omnem inopiam atque vitam omnem hominum delere. At tamen, eadem fides et novae spes quibus progenitores nostri pugnabant per totum orbem in aporia sunt, credentes iura hominis non rei publicae e largitione venire, at e manibus Dei.

Hodie nobis non obliviscendum esse nos primarum novarum rerum heredes. Fiat verbum in hoc loco et tempore, esse prolem novam Americanorum, hoc saeclo natam, pace acerba acrique exercitatum, priscissimis originibus nostris gaudentem atque nolumus aut videre aut sinere haec iura hominis quibus semper studebat haec respublica, quibus hodie studemus domi et per totum orbem nos, lentissime deleri.

Sciat vero omnis gens vel bona vel mala nobis volens, nos pretium ullum expensuros, onus ullum laturos, duritiam ullam passuros, amicum ullum sublevaturos, obstituros hosti ulli ut curemus vivendam superandamque libertatem.

Hoc pollicemur et plus ultra.

Illis sociis veteribus quorum origines morem religionemque partimur, fidem firmorum pollicemur amicorum. Coniuncti, parvum est quod non possimus, multis operibus communibus; disiuncti, est parvum quod possimus — adversario enim forti obviam venire non in discordia audemus ut copiae nostrae separatim findantur.

Gentibus novis quas in copias libertorum accipimus, pollicemur formam imperii colonici unam modo deletam non futuram esse ut auctoritate substituat plus ferrea. Non petimus sententiam nostram eos semper suscepturos sed suscepturos semper eos libertatem suam sperabimus et fore ut meminerint illos antiquos qui stultissime potestatem petiverint tigris equitando in tergo, intra exitum illorum invenisse.

Gentibus in canabis vicisque per totum orbem certantibus vincla miseriae magnae abrumpere, pollicemur nos quantumcumque possimus adiuvere eos ut se adiuvent conaturos, quamdiu necesse sit — non quia Communistae faciant, non quia suffragia petamus at quod iustum est.

Si societas libera non potest adiuvere pauperos multos, paucos divites servare nequet.

Rebus publicis consanguineis ultra fines australes nostrum, pollicemur foedus sanctum; nos verba bona in bona facta converturos; inter nos nova amicitia

sociatuos ad maiora facienda; nos liberos libertatisque gubernationes adiuuatuos ut vincla inopiae abiciant. At haec nova res spei concors perfidorum praeda potestatum fieri non potest. Sciant nostri vicini nos cum eis coniunctuos ut pugnacitati aut excidio per totas Americas alicubi obsistamus. Sciat omnis potestas alia nos dominos in nostra parte orbis terrae cogitare semper futuros.

Comitio mundiali gentium de iure, Nationibus Concordibus, spei novissimae atque optimae in saeclo in quo instrumenta sunt maiora belli quam pacis, instauramus foedus sublevandi, ut vetemus hoc forum invectionis fieri, ut scutum novorum parvorumque confirmemus atque regionem gratiae eius augeamus.

Denique illis gentibus qui se hostes nobis faciant, non foedus at rogatum praebemus; ut adversarii ambo iterum incipiant pacem petere, antequam numina atra ad delendum scientia a vinculis soluta omnes gentes aut ratione aut forte in suam vastitatem devorent.

Mollitia illos temptare non audemus. Tantum enim cum arma nostra sint procul dubio satis, possumus procul dubio scire nos illa numquam usuros.

At non duobus magnis potentibusque societatibus nationum noster cursus tempore placere non potest; ambo pretio armorum novorum magnopere onerati, ambo mortiferum atomum augentem vere veriti, certans tamen uterque ut incertam trutinam terroris turbent quae inter gentes obstet bello ultimo.

Nos igitur incipiamus iterum; meminerimus ambo liberalitatem non signum impotentiae esse atque veritatem semper temptandam. Numquam conciliemus metu. At metuamus conciliare numquam.

Ambo scrutemur difficultates quae nos coniungant potius quam illas quae seiungant.

Ambo primas instituamus rogationes graviter difiniteque ad arma perspicenda et retinenda atque potestatem absolutam gentium delendarum dedamus gentium omnium absoluto regno.

Ambo mirabilia petamus magis quam terrores scientiae invenire. Pervestigemus pariter stellas, deserta vincamus, eradicemus morbum, utamur imo Oceano et artes negotiumque confirmemus.

Ambo inter nos coniungamus, ut per totum mundum iussum sequamur Isaiæ: solvere fasciculos deprimentes et dimittere eos qui confracti sunt liberos.¹

Atque si consensionis litus mare suspicionis depellat, ambo coniungamus ut opus novum faciamus, non novam libram imperii, at viam novam iuris, in qua fortes sunt iusti, parvi tuti, pax retenta.

¹ *Isaiah* 58:6 (adapted from Latin Vulgate).

Haec omnia non diebus centum primis perfecta erint. Neque diebus mille primis, neque aetate huius magistratus, neque etiam saeclo nostro in hac terra fortasse.

At incipiamus.

Vestris in manibus, mei cives, potius quam meis, est aut prosperitas aut casus ultimus cursus nostri. Cum haec patria condita esset, omnes proles Americanorum vocati sunt ut fidem testentur patriam. Iuvenum Americanorum qui vocati responderunt et serviverunt sunt inventa per totum orbem sepulcra.

Nunc nos convocat iterum tuba — non ad arma sumenda, quamvis armis egeamus; non ad bellum gerendum, quamvis oppugnemur, sed ad onus perferendum procerissimi certaminis creperi, annum post annum, ‘spe gaudentes, in tribulatione patientes’,² certantes contra hostes communes hominis: tyrannidem, egestatem, morbum et bellum ipsum.

Possumusne contra hos hostes magnam mundialemque societatem excudere, aquilonares australesque, orientales occidentalesque, quae vitam meliorem toto hominum generi confirmet? Coniugetisne mecum illum laborem memorabilem?

Longam per historiam mundi, datus est paucis saeculis honos libertatis defendendae maximi in tempore periculi. Hoc officium non abhorreo — libenter accipio. Non credo inter nos esse ullos qui aut altero cum populo aut saeculo cum altero locum commutent. Alacritas fides studium a nobis ad opus ita lata ut nostra patria omnesque ei servientes honoribus fulgeant — et illae nitor flammae orbem vero illuminabit.

Itaque, cives mihi Americani, nolite quarere quid patria vestra pro vobis facere possit; quaerite quid possitis facere vos pro vestra patria.

Cives mihi mundi, nolite quaerere quid America pro vobis factura sit, sed quid coniuncti pro libertate hominis facturi possimus nos.

Denique, cives vel Americani vel mundiales, quaerite vos a nobis eadem quae a vobis nos quaeramus. Recta enim conscientia praemio certo solo, historia iudice factorum nostrorum ultimo, progrediamur ut patriam amatam ducamus, rogantes Domini benedictionem auxiliumque, at cognoscentes hac in terra nobis faciendum opus Dei.

BIBLIOGRAPHY

Kennedy, J F 1961. Inaugural address. *American rhetoric: Top 100 speeches*.

<http://www.americanrhetoric.com/speeches/jfkinaugural.htm>

MacArthur, B (ed.) 1996. *The Penguin book of historic speeches*. Harmondsworth: Penguin. 483-487.

² *Romans* 12:12 (Latin Vulgate).